



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
praxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

Quæstio 9. Officia in Templi hæreticorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

*Pars 3. tract. 6. Resolutiones practicae ad C. 545*  
tamen purè politicis licitum est Catholicis unà  
cum hæreticis ad templa convenire, v. g. ut de  
rebus regni, aut civitatis consultatio habeatur.

In Hollandia tamen aut Germania, per se illicitum non est Catholicis hæreticorum concionibus aliquando iusta de causa interesse v. g. ut eorum doctrina melius refutetur. Quia talis frequentatio in Hollandia non est recepta pro externa hæresis professione, uti in Anglia factum est. Dixi, *per se*, quia rudibus, & in fide infirmioribus, etiam in Hollandia illicitum est hæreticorum conciones audire, quando timetur inde morale periculum perversionis.

QUÆSTIO IX. *Officia in templis hæreticorum.*

**A**n liceat Catholico in templo hæreticorum agere ædituum, aut organistam, aut pulsare campanas, quibus illi ad templum convocantur?

**R**espondeo negativè: quia exercendo illas functiones directè cooperatur ritibus hæreticorum, quod est per se malum, adeoque nullâ spe lucrî potest reddi licitum aut honestum. Et ita resolvit *Lessius opuse. posthumo v. hæretic. casu 11*. Quòd si quis pulset organa aut campanas in templo hæreticorum eo tantùm tempore, quo ibi congregantur cives aut mercatores, ut tractent de commerciis aut negotiis civilibus, uti sæpè in Hollandia, & alibi contingit, non censetur per hoc cooperari ad promovendum ritus, sed civiles tantùm functiones hæreticorum, quod per se illicitum non est.

QUÆS-